

SECOND CONVENTION *between the COMMUNE OF GENOA and the MAHONA OF CHIOS.* Genoa, 8th March 1362.¹

[Biblioteca Civica Berio, Genova. *Codex Berianus Chiensis*, fols. xiir-xv.]

(In scroll) Conuentio secunda inter commune Ianue et mahonenses. [fol. xii] In Eterni dei nomine amen. Cum iam diu est multe fuerunt lites et controversie inter commune Ianue ex una parte et participes seu protectores mahone veteris chii ex altera parte et etiam apaltatores seu mahonam nouam seu participes eiusdem ex altera et de dictis litibus et controversijs seu aliquibus articulis earum aliqua etiam fuerit prolatia arbitralis sententia, de qua constat quodam publico instrumento scripto manu Raphaelis de Guasco de Monelia notarij millesimo tricentesimo sexagesimo die ultima Augusti, mediante compromesso vigore cuius lata fuit dicta sententia, de quo constat quodam publico instrumento scripto manu Raphaelis de Guasco de Monelia notarij predicti millesimo tricentesimo sexagesimo die vigessimo nono Julij et in quo quidem compromesso evidenter apositae sunt questiones et controversie que inter dictas partes dictis nominibus vertebantur de quibus etiam libris ex inde facta fuerunt plura compromissa, unum scripto [w] manu dicti Raphaelis notarij dicto millesimo trigentesimo sexagesimo die vigessimo sexto octobris, et aliud scriptum manu dicti Raphaelis dicto millesimo tricentesimo sexagesimo die tertio decembri, et etiam aliud manu dicti Raphaelis millesimo tricentesimo sexagesimo primo die nono septembbris, et subsequenter aliud manu dicti Raphaelis dicto millesimo die decimo tertio octobris et plures processus ex inde facti coram arbitris ex illis assumptis. Finaliter excelsus et magnificus dominus dominus Simon Bucanigra Dei gratia Januensium Dux et populi defensor et Imperialis vicarius ac etiam Admiratus generalis in presentia consilio et consensu sui consilij duodecim sapientum Antianorum. Et ipsum consilium in quo interfuerunt legiprimus et sufficiens numerus ipsorum consiliariorum in presentia consensu

auctoritate et Decreto ipsius domini ducis. Et quorum quidem antianorum qui interfuerunt nomina sunt hec: videlicet, Benedictus de Dalfinis de Paxano prior, d. Bartolomeus de Jacob Turispertius, Antonius de Conte de Cornilia; Nicolaus Lavoraben; Thealdus de Corvaria Ianerius; Antonius Griffotus; Joannes de Zemignano notarius; Antonius de Benedicto de burgo Sancti Stephani; et Thomas Barrabinus de Reparolio. Nomine et vice communis Ianue et pro bono et utilitate ipsius communis et quieto et pacifico statu tocus ciuitatis et omnium Januensium et pro conservatione salute et defensione Insule Chij que ad presens multis diagnoscitur subiacere periculis et insidijs inimicorum et multis etiam pluribus subjaceret si per ipsos dominum ducem et consilium per infrascripta eiusdem Insule sahui et defensioni non provideretur. Et infrascripti proptores mahone veteris Siy, suis propriis nominibus et nomine et vice omnium participantium ipsius mahone veteris, et Raphael de Furneto filius et heres universals quondam Pasqualis de Furneto et Petrus de Oliverio filius et heres universalis quondam Johannis de Oliverio olim apaltatorum, eorum propriis nominibus et nomine et vice aliorum apaltatorum seu participum mahone noue Chij et eorum qui cumque ab ipsa [fol. xii verso] mahona veteri causam habueunt. Quorum quidem proptotorum mahone veteris nomina sunt hec: videlicet Baldassal Adurnus prior; Lafranchus Drizacorne; Nicolaus de Caneto notarius; Nicolaus Oliverius de Tivegna; Nicolaus de Sancto Theodooro; Quilucus Bondinarius bancherius; Thomas Longus; et Johannes de Campis; ad infrascriptam transactionem compositionem et pacta peruenierunt et peruenisse ad inuicem confessi fuerunt solemptni stipulatione hinc inde valata. Renunciantes dictae partes dictis nominibus sibi inuicem et vicisim exceptioni et dictarum transactis compositionis et pactorum infrascriptarum et infrascriptorum non peruenisse ex dicta causa rerum sic ut supra et infra non gestarum et non se habentium dol mal in factum metus actioni conditioni sine causa vel cum causa iusta vel iniusta et omni alij exceptioni et juri. Videlicet quia prefacti dominus dux et consilium nomine et vice communis Ianue tam coniunctum quam chiusum et omni jure modo et forma quibus melius possunt et ex quacunque bailia et potestate eidem coniunctum vel diuisum attributa et omni debita solempnitate servata liberauerunt et absoluuerunt per acquilanam stipulationem et acceptationem ex inde solemptnier subsecutam predictos

¹ This convention is published in *Liber Jurium Republicae Genvensis*, *op. cit.* Tom. II, cols. 715-20, and in G. Pagano, *op. cit.* pp. 285-91. Another copy is in *Codice Gustavianus*, A, fols. 15-20 and B, fol. xxxix-xlv verso.

protectores mahone veteris Siy seu ad cautelam menotarium infra-
scriptum stipulantem et recipientem nomine et vice dicte mahone
veteris et quorumcumque participum eiusdem et apaltatorum ac-
tian nomine et vice apaltatorum siue mahone noue et quorum-
cumque participum eiusdem ab omnibus et singulis litibus et
controversis seu questionibus que hactenus in compromiso vel
aliter *inter commune Janue seu per commune Janue ex una parte.* Et dictam
mahonam vel proprietores mahone veteris seu etiam dictos apaltatores sine
dictam mahonam nouam vel participes eiusdem vel aliquos ex ea ex altera
hactenus fuerint siue lata sit inde sententia arbitralis sine non et
ab hijs omnibus que in dictis sententiis vel compromissis fuerint
quomodolibet agitata uel petitia condemnata uel reservata uel
quomodolibet agitari possent predictorum occasione. Ita ut illa
omnia que petebantur ab iis libere et sine aliqua molestia penes ipsos
renuntiant, adeo quod de eis vel eorum occasione vel aliquibus alijs que
hactenus ex dicta Insula vel eius occasione gesta habita vel
collecta sint vel in fucturum [sic] cogentur vigore presentis transactionis
vel quocumque alio jure non possint quomodolibet inquietari vel conueniri
nec contra eos possit aliqua audentia exhiberi sane inelecito in presenti.
capitulo pro hijs tantum pro quibus et occasione quorum dictum commune
aliquid adversus dictos proprietores participes et apaltatores ratione sui
potest vel occasione processuum in dicto capitulo contentorum quantum
2 pro facto dicti communis et jurum sibi competentium. Actum est etiam
in presenti transactione quod licet predictis participibus mahone
veteris et quibuscumque causam habentibus ab eis et mihi dicti
notario stipulanti et recipienti pro eis locare dictam Insulam Siy
cum locis adiacentibus eiusdem seu loca dicte mahone ueteris
cum omnibus obuentioribus utilitatibus comodis iuribus introi-
tibus redditibus vectigalibus et alijs quibuscumque quecumque per
dictos appaltatores mahone noue hactenus collecta fuerint dum
tamen pro hijs que ementur in dicta Insula Siy per patronos vel
marinarios quorumcumque [fol. xxiij] vasorum nauigabilium
3 Januensium pro eorum compagna nichil solvatur. Item quod
dicta Insula Chij possit appaltari ad tempus annorum duodecim
appaltatoribus duodecim et non minus qui sint populares ex
participibus dicte mahone et qui placeant ipsi proprio domino
simoni Duci predicto tantum. Ita quod alijs in Locatione predicta
locari non possit dicta Insula quam talibus prout supra quorum
quilibet habeat duodecimam partem in ipso apaltu et quod nullus
ipsorum appaltatorum vendere possit suam duodecimam partem

vel aliquam partem ipsius alicui ex consocijs appaltatoribus.
Possit tamen vendere quilibet ipsorum appaltatorum per se suam
partem subrogando unum alium appaltatorem qui placeat dicto
d. Duci. Ita quod dicta appaltatio seu conductio dicte Insule
semper remaneat in duodecim personis semper popularibus ad
minus quoad beneficium ipsius d. Ducis duret in vita ipsius
domini Simonis tantum. Ita tamen quod post ipsius vitam usque
ad finem dicti appaltus semper sint et remaneant duodecim
appaltatores populares. Et quod ipsi appaltatores et participes
dictae mahone vendere possint loca sua quibuscumque personis
popularibus quibus placuerit et prout placuerit eisdem. Preterea 4
actum est in transactione presenti quod semper licium sit, non
obstantibus quibuscumque conuentionibus in preteritum initis,
ipsi mahone veteri et eius participibus et mihi dicto notario
stipulanti pro eis colligere a quibuscumque personis seu colligi
facere et libere habere atque legitime omnes introitus omnes
obuentiones et omnia comoda quecumque hactenus collecta
fuerint per appaltatores seu conductores ab eis quecumque sint
et qualitercumque collecta sint et quocumque nomine censentur
etiam ea omnia de quibus in dictis controversiis fuerat agitatum
ita ut semper vigore presentis transactionis licite atque legitime
illis omnibus gaudere possint et frui et inde facere ad suam liberam
voluntatem. Ita quod ex nunc habeantur ea omnia pro instituis
legitime et libere atque pleiarie acquisita dicte mahone veteri
et participibus eiusdem. Et versa vice predicti proprietores nomine
et vice mahone predicte veteris et participum eiusdem conuenerunt
atque solemniter pacti fuerint versus dictos dominum Ducem
et consilium nomine et vice dicti communis solemni stipulacione
quod et in ipsis duodecim annis et etiam illis finitis communi Janue
remaneant omnia jura sua salua in dicta Insula chij et locis
adiacentibus eiusdem quecumque sibi competitabat vigore prime
conuentions ante presens instrumentum salvis hijs que in presenti
transactione continentur, saho quia si infra tempus infra scriptum
ex dictis duodecim annis predictum commune non soluerit dictis
participibus mahone veteris nec Insulam redimerit prout infra
dicetur. Tunc commune Janue predictum nichil plus iuris habere
intelligatur in dicta Insula quam ex prima conuentione remanere
debeat post elapsum viginti annorum non facta soluzione in
ipsos annos viginti de quibus in dicta conuentione plenius con-
tinetur. Dum tamen similiter eidem mahone veteri et suis par-

5 ticipibus remaneant etiam tunc ultra premissa omnia sua jura
salua dictae Insule et locorum suorum quecumque ante presens
instrumentum eidem mahone competitabat in nichilum diminuta.
non obstantibus aliquibus in presenti transactione et instrumento
contentis. Ac etiam conuererunt et promiserunt ipsi proptores
dictis nominibus versus dictum dominum ducem et consilium
ad finem dictorum viginti annorum qui finientur die vigesimo
sesto februarij anni millesimi tricentessimi sexagesimi septimi
licet dicto comuni redimere [fol. xiii vero] dictam Insulam
chij cum locis adiacentibus soluendo ipsi mahone veteri siue eius
participibus seu proptotoribus eiusdem integre pecuniam de qua
in dicta prima conventione continetur vel non minus et prout
6 in ea plenius continetur. Post vero elapsum dictorum viginti
annorum est actum in transactione presenti quod non licet dicto
comuni per solutionem alicuius quantitatis peccunie magne vel
parve redimere dictam Insulam vel aliqua locha eiusdem usque
ad annum millesimum trescentessimum septuagesimum die
vigessima sexta februarij. Sed dicta mahona vetus vel participes
eiusdem seu qui habebunt causam ab ealibet sine aliqua facilitate
comuni redimendi infra nunc dictum tempus uti frui et gaudere.
possit dicta Insula cum omnibus comodis quibuscumque et locis
adiacentibus eiusdem usque in dictum annum de Mcccix die
xx februarii.

7 Ab inde vero ultra usque ad annum de mcccix die xx
februarii et non ultra possit et licitum sit dicto comuni Janue
redimere dictam Insulam cum locis adiacentibus eiusdem et loca
dictae mahone ipso commone libere et effectualiter soluente ipsi
mahone et participibus eiusdem libras septuaginta quinque pro
singulo loco. Remanere debente in ipsis participibus omni mastico
ubique esse et omnibus alijs obventionibus quod seu quas
usque tunc participes predicti habuissent. Ita quod de solo nudo
loco dentur libere septuaginta quinque utsupra per dictum commune.
Ita etiam ut infia dictum tempus ipsum commune si vellet omnia
dicta loca solvere et redimere possit ad rationem librarum
septuaginta quinque predictarum pro singulo loco ut supra.
Partem vero locorum solam acquirere non possit sed vel omnia
in solidum loca ad dictam rationem recipiat vel omnia dimittat.

8 Promiserunt etiam et solemniter conuererunt predicti propte-
tores dictis nominibus versus dictos D. Ducem et consilium dictis

nominibus stipulantes et convenientes ex dicta transactionis causa
seu in transactione presenti quod predicta mahona vetus seu propte-
tores et participes eiusdem non vendent uniuersaliter nec vendere
possint proprietatem dicti loci seu dicte Insule sij cum locis
adiacentibus eius infra dictum tempus annorum duodecim. Acto
etiam inter dictas partes dictis nominibus quod predicta mahona
vetus teneatur et debet in se recipere omnia illa loca que fuerunt
Nicolai Ciconie et Oliverij Carrege et que oronia Nicolaus de
Caneto emit et acquisivit de mandato communis Janue, et in se
recipere omnia onera obligaciones preciorum et prouentuum
solutiones et alia que assumpserat dictus [sic] Nicolaus de Caneto,
et ipsum Nicolaum de Caneto plene indempiem conseruare a
dictis locis et acceptance eorum ut ab ipso principio usque ad
finem nullum dampnum vel onus peres ipsum Nicolaum de
Caneto remaneat. Et versavice ipsum comune promisit solen-
niter ipsi mahone atque conuenit quod ipsa mahona et participes
eiusdem habeant pro ipsis locis omnia priuilegia decreta libertates
et defensiones ab omnibus et omnia alia quecumque facta fuerint
dicto Nicolao Ciconie et in omnibus et per omnia prout in decretis
et instrumentis scripturis factis dicto Nicolao Ciconie plenus
continetur. Et se facturum et curaturum ita et taliter quod pre-
dicta omnia decreta priuilegia defensiones et libertates et alia
supra dicta pro ipsis locis penes ipsam mahonam et participes
eiusdem affectualiter remanebunt et inviolabiliter observabuntur
eudem. Item est actum in transactione presenti inter dictas partes 10
dictis nominibus tam in principio medio quam in fine quod si
casus contigeret, quod absit, quod ciuitas Janue non eset sub
statu populi quod ex nunc prout ex tunc et non [fol. xv] obstante
presenti transactione vel alii que continentur in ea ipsa, ex inde
ipso jure tota Insula cum locis adiacentibus eiusdem et omnibus
juribus et jurisdictionibus eiusdem mero et mixto Imperio et
omnibus alijs libere sit et in solidum semper remaneat et spectet
et pertineat ad ipsam mahonam et eius participes, nichil in ipso
communi retento prout in ipsa conventione prima plenus continetur.
Sane intelecto in presenti capitulo quod redeunte statu populi
reintegretur commune in juribus suis in statu quo erit tempore
admissionis predicti status populi quod deus auerterat. Insuper 11
predicti dominus Dux et consilium dicto nomine promisserunt
dictis proptotoribus dictis nominibus stipulantibus et recipientibus
et mihi dicto notario ut supra quod ad cautellam omnium pre-

dictorum fieri facient de predictis et infra scriptis omnibus et singulis et toto presenti instrumento capitulum speciale abrogatorium et derogatorium omnibus alius quatenus obviarent presenti instrumento et ipsum non revocabunt ymo in perpetuum ipsum firmum et ratum tenebunt et ex nunc vigore presentis instrumenti ipsum licet mandavit primis capitulatoribus in posterum fiebdis. Que omnia et singula supradicta predicti domini Dux et Consilium dicto nomine predictis proprietoribus et ad caudellam versus me notarium predictum recipientem nomine et vice dicte mahone veteris chij et noue et participum earum et cuiuslibet earum. Et ipsi proptores suis propriis nominibus et nomine et vice dictorum participum sive mahone promisserunt inter se ad in uicem dictis nominibus attendere compiere et obseruare et contra non facere vel venire de jure vel de facto aliqua ratione occasione vel causa que dici vel excogitari posset etiam si de jure venire posset. Sub pena florenorum centum milita auri boni et justi pondoris in quam penam incidat pars non obseruans parti obseruantis et per partem obseruantem a parte non obseruante possit exigiri cum effectu et tocis comitatur quocties fuerit contra factum vel ut supra non obseruatum.

Ratis nichil hominibus manentibus omnibus et singulis supradictis. Et pro inde et ad sic servandum predicti D. Dux et consilium nomine et vice dicti communis Janue et pro ipso communi obligauerunt omnia bona dicti communis Janue que per ipsius communis capitula obligari non prohibentur. Et dicti proptores dictis nominibus omnia bona ipsorum et participum dicte mahone veteris ac dicti Raphael et Petrus eorum propriis nominibus et nomine et vice olim apaltatorum et participum mahone noue Chij similiter eorum bona sibi ad iuicem et vicisim pignori obligauerunt. Insuper Nicolaus de Petra cintracus et preco communis Janue ibidem presens ex mandato dictorum domini ducis et consilij jurauit ad sancta dei evangelia corporaliter tactis scripturis in animam omnium Januensium et totius communis Janue. Ac etiam predicti propertores in animam suam et omnium participum dicte mahone jure predicta omnia et singula accendere compiere et obseruare et in nullo contradicere vel venire de jure vel de facto aliqua ratione occasione vel causa que dici vel excogitari posset sub dictis penis et obligacione.

Acta fuerunt predicta Janue in palacio Ducalis communis Janue videlicet in terrata dicti palatij in quo loco consilia reguntur et

comunis Janue negotia exercentur, anno dominice nativitatis millesimo trecentessimo sexagesimo secundo indictione quarta decima secundum cursum Janue die octava marci circa nonam presentibus domino Bartholomeo Bucanigra germano dicti D. Ducis et Andreolo de Finario, Petro de Reza, Raphaele de Goascho de Moneilia et Guidoto de Bracellis notariis ad predicta testibus vocatis et rogatis.

Extractum transcriptum et exemplatum est fideliter ut supra de foliaco Instrumentorum compositorum per quondam Consulatum Mazurrum notarium et cancellarium existente in cancellaria regia communis Janue per me Johannem Stellam notarium et cancellarium.

Rex dominus } JOHANNES STELLA, cancellarius.
Janue }

DEED OF AGREEMENT between certain SHAREHOLDERS
OF THE MAHONA and the twelve GRANTEES. Genoa,
28th September 1362.¹

[Biblioteca Civica Berio, Genova. Codex Berianus Chiensis, fol. xv verso-
xviii verso.]

[fol. xv verso (*in scroll*)] Apaltacio facta duodecim conductoribus et emptoribus chii a participibus mahone.

In nomine Domini Amen. Cum ab aliquibus temporibus citra contingent multas expensas necessario factas esse circa custodiā Gubernationem et conservationem Insularum Chij et Folie Noue et locorum ad ipsas pertinentium, fructus autem et obuentiones earum adeo modice utilitatis fuerunt quod necessarium fuit multis mutuo asumpsisse peccunias etiam sub gravibus dampnis et intereste et hoc continuo multo magis huiusmodi mutua nedum tolli, immo et augmentari necesse erat et per consequens ipsa loca et participes ipsorum locorum maxime damnis atque irreparabilibus efficerentur nisi breuiter per infra scripta remedia infra scriptorum locationis conuentionis et pactorum salubriter

¹ Another copy of this agreement is in *Codices Justiniani*, B, fol. xlvi-lvii; and another is in Archivio di Stato, Genova, Manuscript No. 259. Raccolta di copie di documenti diversi.